ΧΟΙΡΟΒΑΚΧΟΙ

1147

Κίνναμος: II § 14 p. 41-2

Οἱ δὲ βάρβαροι, Ἀλαμανοὶ δ' ἦσαν οὗτοι, ἐπειδὴ ἐς τὰ ἐπὶ Χοιροβάκχοις παρῆλθον πεδιάδας (ὑπτίασμα γὰρ ἐνταῦθα ὁ χῶρος καὶ πόας δαψιλῆ μάλιστα ἐς τὰς ἵππων παρέχεται νομάς), ἐνταῦθα ηὐλίζοντο. Ἔνθα τι δυσχερὲς λόγου κρεῖσσον αὐτοῖς ξυνενεχθῆναι λέγεται, ἐξ οὐρανοῦ ἄντικρυς εἰκότως στοχάσαιτο μηνίσαντος Θεοῦ αὐτοῖς, τούς τε δήμους ἀδικοῦσι καὶ πολλὴν τὴν ἐς τοὺς ὁμοθρήσκους αὐτοῖς καὶ μηδὲν ἀδικοῦντας ἀνθρώπους ἀπανθρωπίᾳ κεχρημένοις. Ὄμβρου γὰρ ἐξαισίου καταρραγέντος ἀθρόου, οἱ τὸν χῶρον ἐκεῖνον παραρρέοντες ποταμοί, ὅ τε καλ. Μέλας, ἅτερος δὲ Ἀθύρας πρὸς τῶν ἐγχωρίων ὠνόμασται, πολλῷ τοῦ συνήθους μᾶλλον ἀνοιδήσαντες μέχρι ἐπὶ πλεῖστόν τε τοῦ πεδίου προχυθέντες, πολύ τι μέρος τοῦ Ἀλαμανῶν στρατεύματος αὐτοῖς ἵπποις καὶ ὅπλοις καὶ αὐταῖς παρέσυραν σκηναῖς ἐπὶ θάλασσάν τε ἀπὸ γῆς ἐξίτηλον φέροντες. Ὁ πυθόμενος βασιλεὺς ἐλέησέ τε τῆς κακῆς ἀνθρώπους τύχης πεπονθότας, ἄνδρας τε ἐπὶ δόξῃ παραμυθησομένους Κορράδον τῆς συμφορᾶς ἔστελλε, μετεπέμπετό τε αὐτὸν ὡς δῆθεν περί τε κοινωνίας [illegible] πραγμάτων αὐτῷ συνδιασκέψασθαι. Ὁ δὲ καὶ [illegible] χαλεποῦ, ἐπαινεῖν αὐτῷ ἐν Βυζαντίῳ [illegible] Ἀ[illegible] [illegible] ἐπεὶ δὲ [illegible] ἔσχον αὐτῷ καταγωγαῖς, [illegible]. Κορράδος δὲ [illegible] ὡς ἐπὶ Βυζάντιον ἐφέρετο.

Recueil des Historiens grecs des Croisades Publié par l'Académie des Inscriptions et Belles Lettres

Historiens grecs Paris 1881 τ. II. Σ. 219-20

Cherobacchorum oppidum exstitit Constantinopolim inter et Adrianopolim ad Melan fluvium. – Adjacentes oppido campos explicandae aciei et castris locandis percommodos eleganter describit Nicetas in Manuele, lib. I § 5.

Agunt etiam de iisdem
Zonaras,
Scylitzes et
glycas in Constantino Duca. Et
Otho Frising. in Chron. Ad Annae lib. VIII p. 221 (Cang.

Ut adjacentes Choerobacchorum oppido campi explicando aciei et locandis castris idonei fuerint, dixi ad Annam, lib. VIII. Otho Frising.: «Vallem quandam juxta oppidulum Cherevach

(ἀκολουθεῖ)

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ

dictum, campi viriditate laetum, amniculi cujusdam medio decursu conspicuum, attigimus, cujus loci amoenitate capti omnes, illa tentoria figere, et ibi pausare constituimus.» Et mox: «Fateor toto expeditionis tempore nunquam laetiora habuimus tabernacula, nunquam quantum ad sensus judicium majorem ambitum occuparunt tentoria.» (Cang.

Loci illius situm bene prae caeteris exponit Cinnamus ad confluentem duorum amnium, Melanis nempe et Athyrae, ita ut facile a viatoribus inveniri, a geographis autem designari potuerit.

Et sane in mappa Turciae Europae geographica, quae ab editore Lapie nomen habet, locus invenitur Cherabas, in ipsa via quae Adrianopolim Constantinopoli jungit, novem fere vel decem horis sive leucis nostratibus a priore distans urbe, situs inter duorum amnium ostia, qui ex inde in unum conjuncti ad Hebrum fluvium communi alveo defluunt, quorum superior et cursu longior Melas fuisse videtur, alter Athyras. — Nec obstat quod rapta ab istis omnibus exuviae in mare devolvi tradantur apud Cinnamum hoc loco, hyperbolice et poetice non vere dictum, nec tamen admodum falso: in mare enim, sed per Hebrum fluvium deferuntur.

Gravius quiddam erravit Otto Frising. dubitans an illa repentina «provenerit inundatio ex refluxione proximi maris,» homo de Oceani aestibus multa solitus audire, qui ideo marinam illuviem et vicinum Choerobacchis mare somniavit; quis scit an et cognomine delusus Hebri amnis, qui nunc ab incolis Maritza vulgo dicitur et fortasse jam tum dicebatur?

Caeterum Odo de Diogilo, et Helmodus a Cangio citatus, easdem fortasse ob causas, idem peccaverunt.

Prorsus autem aliter discessit a vero doctissimus Wilkenus, Bellorum sacrorum t. III p. 122, not., dum Athyram unum esse vult e duobus rivis in portum Constantinopoleos influentibus, non aliam ob causam, quam quod videatur istorum alteruter hoc Athyrae nomine designari apud Annam, lib. X, p. 294, ed. nostr. p. 19, qua de re plura nos ad Cinnam.

(ἀνοδρθῦ)

Verum planities haec Choerobacchorum multo longius ab Urbe Imperiali sita fuit, sub oppido seu castro ejusdem nominis quod apud Annam, lib. VIII. p. 221, et aliis apud ipsam designatur, Scytharum non semel incursionibus obnoxium.

Cujus oppidi meminit Michael quoque Attaliata, pag. 85 ed. Bonn. additque Imperatorias ibi depositas fuisse opes Botaniate bellum circa haec loca gerente: Ἐκεῖ βασιλικὰς παρακαταθήκας κειμένας.

Cruciferi vix illud castellum obiter ac supra se adspexerunt, soliti foederibusque pacti extra muros castrametari: meminit tamen in hujus cladis narratione Otto Frisingensis a Cangio supra citatus.

Eandem imbrium vim attigere etiam Odo de Diogilo lib. III p. 30.
Helmodus lib. I. cap. LXI et
Auctor Chronici Reichersbergensis. (Cang.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ